



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commentarii Exegetici In Apocalypsim Ioannis Apostoli

Viegas, Brás

Parisiis, 1615

Argvmentvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39261

ARGUMENTVM.

Imponit hoc loco Ioannes superiori visioni finem, & elegansissimam toti operi coronidem. Agit de fluvio procedente a sede Dei, & Agni: de ligno. vita fragulis mensibus fractum ferente. Superne ciuitatis gloriam, & iucunditatem, quam superiori capite descriperat, concludit ad eiusque amorem, desideriumque mortales excitat. Denique commendat suam Apocalypsim, acerrimeque comminatur, ne quis illi quicquam vel addere, vel detrahere presumat.

CAPVT VIGESIMVM SECUNDVM.

Eostendit mihi flumen aquæ vitæ splendidum tanquam crystallum, procedentem de sede Dei, & Agni. In medio plateæ eius, & ex utraque parte fluminis lignum vitæ, afferens fructus duodecim, per menses singulos reddens fructum suum, & folia ligni ad sanitatem gentium. Et omne maledictum non erit amplius: sed sedes Dei, & Agni in illa erunt, & servi eius seruient illi. Et videbunt faciem eius, & nomen eius in frontibus eorum. Et nox ultra non erit: & non egebunt lumine lucernæ, neque lumine solis: quoniam Dominus Deus illuminabit illos, & regnabunt in secula seculorum. Et dixit mihi: Hæc verba fidelissima sunt, & vera. Et Dominus Deus spirituum prophetarum misit Angelum suum ostendere seruis suis, quæ oportet fieri citò. Et ecce venio velociter. Beatus, qui custodit verba prophetiæ libri huius. Et ego Ioannes, quia audiui, & vidi hæc. Et postquam audissem, & vidissem, cecidi, ut adorarem ante pedes Angeli, qui mihi hæc ostendebat, & dixit mihi: Vide, ne feceris: conseruus enim tuus sum, & fratrū tuorum prophetarum, & eorum, qui seruant verba prophetiæ libri huius. Deum adora. Et dicit mihi: Ne signaueris verba prophetiæ libri huius: tempus enim prope est. Qui nocet, noceat adhuc: & qui in foribus est, fordecat adhuc: & qui iustus est, iustificetur adhuc, & sanctus sanctificetur adhuc. Ecce venio cito: & merces mea tecum est, reddere vnicuique secundum opera sua. Ego sum A & Ω: primus, & nouissimus: principium, & finis. Beati, qui lauant stolas suas in sanguine Agni: ut sit potestas eorum in ligno vitæ, & per portas intrent in ciuitatem. Foris canes, & venefici, & impudici, & homicidiæ, & idolis seruientes, & omnis, qui amat, & facit mendacium. Ego Iesus misi Angelum meum testificari vobis hæc in Ecclesiis, Ego sum radix, & genus Dauid, stella splendida, & matutina. Et spiritus, & sponsa dicunt: Veni. Et qui situr: veniat: & qui vult, accipiat a quam vitæ gratis. Contestor enim omni audienti verba prophetiæ

KKk ij